

Ultori taurum, Genio | [ipsius ta]urum. | In collegio adfuerunt M. Valerius 30
Messalla Corvinus, P. Memmius Regulus, | [Sulpici]us Camerinus, L. Sal-
vius Otho Titianus. |

[T. Sex]tio Africano M. Ostorio Scapulá cos. | III idus Sep-
tembr. | [L. Piso L. f. ma]gister collegii fratrum Arvalium nomine immo- 35
lavit in Capitolio pro | [salute (?) et r]editu²⁶ Neronis Claudi Caesaris Aug.
Germanici Iovi bovem marem, Iunoni | [vaccam], Minervae vaccam, item in
foro Augusto Genio ipsius taurum, Saluti vaccam, | [ante dom]um Domi-
[t]ianam dis Penatibus vaccam. | In collegio adfuerunt P. Memmius Regulus, 40
L. Salvius Otho Titianus, | [C. Vipstanus] Ap[ro]nianus, M. Aponius Satur-
ninus, T. Sextius Africanus.

Romae extra portam Portuensem in vinea Ceccarelli, ubi fuit locus fratrum Arvalium, tabulae marmoreae duae, altera (N. 229) rep. a. 1866, altera (N. 250), quae varie fracta est, partim a. 1570, partim fissionibus institutis a. 1868 seq. (VI 2041. 2042 = Henzen act. Arv. p. LXIX seq.; non totas tabulas exscripsi). —

- 1) *Significantur A. Paconius Sabinus A. Petronius Lurco consules suspecti a. 58.* —
- 2) *Dies imperii Neronis cf. Tac. ann. 42, 69. — 3) Frater hic Othonis qui postea imperavit. — 4) Is qui imperavit a. 69. — 5) Dies natalis Agrippinae notus etiam ex fastis Antiatibus (I p. 529 = X 6638), ubi adscriptum est Agripp. Iul. nat. —*
- 6) *Concordiae immolatum a fratribus Arvalibus non invenimus nisi natalibus Agrippinae et Neronis. — 7) Hoc die a. 54 videntur fuisse comitia quibus Neroni tribunicia potestas delata est; cf. similem locum aetorum anni 69 (infra n. 241 v. 60). De comitiis tribuniciae potestatis cf. Mommsen Staatsr. II 859. — 8) Est Cn. Domitius Ahenobarbus pater Neronis (cf. Tac. ann. 43, 40). Dies III idus Dec. fuit natalis eius, ut constat ex actis a. 57. — 9) Dies natalis Neronis, notus etiam ex Suet. Ner. 6. — 10) Cf. supra not. 6; ceterum mire dictum Concordia honoris Agrippinae. —*
- 11) *Consules ordinarii anni p. C. 59. — 12) Dies III non. Ian. (3 Ian.) sollemnis fuit votis pro salute principis nuncupandis, simul vota anno priore nuncupata persolvebantur. Haec aliquanto plenius quam hic enarrantur in actis anni 87. — 13) Nero cum imperator factus sit d. 13 Oct. 54, die 3 Ian. 59 recte dicitur tribunicia potestate quintum. Hoc mirum in actis anni sequentis Neronem dici constanter non trib. pot. VI, sed trib. pot. VII. Coniecit Mommsen Staatsr. II p. 774 not. 5 circa hoc tempus mulatam esse numerandi tribunicias potestates rationem et inductam eam quae inde a Nerva obtinuit, scilicet ut d. 40 Dec. cuiusque anni novus adderetur numerus. —*
- 14) *Consulatum quartum initit Nero a. 60, designatus ut ex hoc aetorum loco colligitur iam initio anni praecedentis. — 15) Verba persolvit et in pr. a. nuncupavit remanserunt ex relatione de his votis paullo aliter facta. — 16) Ipsum carmen votorum praetermissum est. — 17) De Pantheo cf. supra N. 129. — 18) Sacrificium annuum deae Diae, celebrari solitum mense Maio, indicebatur mense Ianuario. —*
- 19) *Adoptatus est Nero a Claudio a. 50 (Tac. ann. 12, 25). — 20) Videtur hoc sacrificium institutum esse ob comitia quibus a. 51 Nero, vixum accepta toga virili, consul creatus est in annum 55 (Tac. ann. 12, 41). — 21) Inter pontifices, ut in reliqua collegia sacerdotalia, Nero adlectus est eodem a. 51 (cf. supra N. 222 not. 3), altero die postquam consul designatus est, ut ex hoc aetorum loco appareat. —*
- 22) *Supplementum ab Henzen propositum non certum; id certum est spectare locum ad caedem Agrippinae, quae facta hoc anno 59, teste Tacito ann. 14, 4. 12, circa tempus Quinquatuum (19 Mart. seq.), a. d. V kalendas Apriles (28 Mart.) Romam sine dubio nuntiata fuit. Probabile est convenisse tunc Arvales et grates egisse diis*